

quam brevissime explicabo. Tantum scilicet abest, mea sententia, ut anapæstus pro secundo aut quarto pede ponatur, ut ne pro tertio quidem aut quinto substitui possit. Hoc de tertio pede si quis verum esse concedet, concedet a fortiori, ut Logici dicunt, de quinto etiam verum esse. Dactylus enim, qui in tertia sede creberrime usurpatur, in quinta nunquam apparet. Anapæstus igitur, si illa excluditur, hanc intrare non potest. Jam loca, quæ huic doctrinæ adversantur, tam pauca sunt, tam facilia emendatu pleraque, ut si unus et alter forte supersint, quibus nos mederi nequeamus, non idcirco sana judicanda sint. Equidem omnia, quæ regulæ nostræ contraria observavi, aut sanare, aut adversariis eripere posse videor. Ea quæ Euripideæ fabulæ suppeditant, singula, ubi occasio postulabit, examinabo. Quotquot in Æschylo et Sophocle occurrunt, hic subjiciam.

Æschylus Prometh. 246. Καὶ μὴν φίλοις ἔλεεινὸς εἰσορᾶν  
ἐγώ.

Agam. 664. Ἡρεῖκον αἰ δὲ κερωτυπούμεναι βία.

Choëph. 421. Ἐκοψε κομμὸν Ἄρειον, εἴτε Κισ-  
σίας.

654. Ἐἵπερ φιλόξενός ἐστιν Αἰγίσθου  
βία.

Eumen. 896. Πάσης ἀπήμον' οἰζύος δέχου δὲ σύ.

Suppl. 800. Πρὸς ὃν νέφη δι' ὑδρηλὰ γίγνεται  
χιών.

apud Plutarch. de Consolat. p. 106. C.

Ὅσπερ μέγιστον ἴαμα τῶν πολλῶν  
κακῶν.